M223.
(41)

+

Copia literarum phil. Melan. ex germanico in latinum versae.

Ad Electorem saxoniae ducem Mauritium.

Etsi arcana principum negocia neque sciam, neque admodum scire unquam desideraverim, mei tamen officij atque debiti esse existimo ea referre, quae mihi audita longe acerbissima ab exteris provincijs allata et nuntiata sint. Nonnullos inquam germaniae principes ab hinc biennio cum gallorum rege, aquo et nuncorum scutorum vim magnam accepere, quaedam moliri et clam agitare, magnamque ad se omnis ordinis hominum et militum copiam allicere, Episcoporum scilicet stragem, Episcopatuum vero direptionem, ac bonorum inter se divisionem futuram, certa quasi spe sibi promittentes, quod est nuperrime a quodam qui ea ipsa innuere videbatur usitato apud nos dicterio conijci, cum is diceret ceruisiam vassis suis dolijs suis nondum infusam, sed prope diem infundendam, ad haec gloriari eos audio sese in foedus et institutum hoc suum illustrissimam D. vestram pertraduxisse, quae cum ego existimem ei nota esse, non dubito quin prudenter secum reputatura sit quid non sibi ea in re agendum fuerit, in quo ut illustrissimam D. vestram bene regere et conservare dignetur, deum oro.

Interim tamen praetermittere non possum, quin ei humilimam ea in re solicitudinem meam indicem.

indicem. Nam et si merito ad ea obseruā-
da teneat Cæsar, quæ in lantgrauij negotio
illustriss. D. vræ est pollicitus, accurate tñ
perpendendum est an tan graue bellum
externi militis auxilijs in totius germaniæ
perniciem propterea moueri debeat.
Ut enim de fœderis incertitudine loquar. Pri-
mum experientia et recenti adhuc memoria
compertum habemus galliæ regem nōnunq̄
principes contra ordinariam eorum superiori-
tatem concitasse, eosdemque bello implicitos auxi-
lio destituisse, cuius rei exempla meo tpe pleraque
extant, ut iuliacensis, Palatini, Wirtember-
gen. luneburgen. et lubicen. Et memini ali-
quando contigisse, ut gallorum rex Fran^cus^ lras
ipsas, quas ad eum Io. Federicus Saxoniæ dux,
et lantgrauius hessiæ in abditissimo fœderis
cuiusdam negocio scripserant, ultro cæsari
ostenderit. Præter hæc grauissimum oībus
procul dubio eē debet initum hoc cum gallis
fœdus, cum eos constet hoc ipso tpe turcarum
amicitia et copijs instructos ferrum in christia-
norum perniciem stringere.
Quod præterea ad principum eorum institu-
tum pertinet, ut scilicet cæsaris viribus debili-
tatis, et subinde extinctis eccliis, ēpatuum bo-
na diripiant et inter se partiantur, Cer-
tum quidē est eos ipsos illustriss. D. vræ parum
adiumento postea futuros, ubi uel eis ex du-
cibus iunioribus charior princeps obtingeret
uel contingeret Io. Fredericum pristinæ li-
bertati aliqn̄ reddi.

UGR Biblioteca Universitaria

insuper ubi gallis constiterit primi apicem ger=
manie confederatorum institutum esse ut status
germanie radicitus extirparentur, cui dubium
esse potest, quum Rom. Pont. cesar, et gallus fedus
statim ineant; fieri enim non potest ut gallia ullo
a statu modo statum equalis extremum in germania
precipitatum ferre possit.
Est autem eorum ipsorum qui iam ecclesiasticorum bona
inter se partiri, et regnum quasi nouum adeo
meditantur, institutum, tumultus, dissidia,
et violentias excitare, quorum tamen conatus euer=
surus est deus ipse, cum dicat eum qui gla=
dio percusserit, gladio periturum esse, et re=
uera periculis multis obnoxium, nulloque mo=
do laudandum est, si talibus Ill.ma D. vestra
adhereret. Cogitet tamen cesarem sibi de=
super ordinatum esse superiorem, deumque re=
latorem urbi sui, eos qui potestatibus resis=
tunt, tamquam sibi resistentes meritis calami=
tatibus afficere solere, quod pleraque et in hoc
germanie imperio exempla testantur.
Vidimus enim quoties europe fere totius robur
ut pote gallia, Rom. Pont. Veneti, Hispa=
nie et germanie pars cesaris vires debilita=
re tentauerint, quorum tamen conatus omnes irriti
fuere, christum suum mirabiliter protegente altissimo.
Quod autem quidam dicunt cesarem pecu=
pari posse antequam nos executione concilii
decretorum opprimere posset, nec ea certe
sufficiens causa est ad hos bellicos tumul=
tus, quum potius hoc insedandum, reddite
deo que dei sunt, et que cesaris cesari,
insuper non sunt facienda mala ut eueniant
bona

UGR Biblioteca Universitaria

bona. Ideoq ego ante multos annos in-
tellexi preueniri se. potuisse, et ēt á quodā
nuperrime, quod timoris potius ēē q̄ pru- esse.
dentię existimaui, et uocationis regulę ōīno
aduersari. Quare illmam D. vram tanq̄ opti-
mum principem Electorem in dei nōīe rogo
et obtestor, ut secum reputet q̄tum
sit facinus velle confundere ordinatā suā
superioritatem et imperium Electoribus et tā-
tis principibus uallatum; tot errores et cō-
fusiones moliri, quarum uix ullus unq̄ finis
futurus sit, cogitet .n. quę subsecuta foret
calamitas si victo superiori ger.co bello cesare,
inter vtrumq victorem collectis vtrimq viribg
(sicut ex eo euentu impendebat) confligē-
dum fuisset, quot queso sectę, seditiones
et schismata in religionem inducta forēt.
ut et nunc quoq imminere ex his inceptis
pręuideo, á quo tn̄ malo deus illustriss.
D. vram et has prouintias benigne deffē-
dere et tueri dignetur, Maxima certe,
et quę humana mens cogitatione non po-
sset cōsequi damna impendent, nisi belli
huius incendium cito restinguatur, scrip-
tum est .n. vę mundo á scandalis, hæc
aūt malorum initia parua non sunt. Dns
nr ihus chrūs benigne suscipiat et foueat
D. vram illustriss.
Insurrexerunt olim in othoné primum sex
potentiss. Dnī freti auxilio sibi á francorum rege
suppeditato, eius se. fr henricus dux ba-
uarię, Rudolphus primogenitus eius filig
dux sueuię, Arnolphus dux in nortgau.
Ebhardus comes franciæ oriētalis, qui gladi-
idm confossus interijt, et Giselbertus lottho-
ringię dux, tormēto bellico occissus.

Philippus Melanton.

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria